



Universiteit
Leiden
The Netherlands

L'enseignement du droit civil à l'université d'Orléans du début de la guerre de Cent ans (1337) au siège de la ville (1428)

Duynstee, M.C.I.M.

Citation

Duynstee, M. C. I. M. (2010, May 27). *L'enseignement du droit civil à l'université d'Orléans du début de la guerre de Cent ans (1337) au siège de la ville (1428)*. *Studien zur europäischen Rechtsgeschichte*. Klostermann, Frankfurt am Main. Retrieved from <https://hdl.handle.net/1887/16198>

Version: Not Applicable (or Unknown)

License: [Licence agreement concerning inclusion of doctoral thesis in the Institutional Repository of the University of Leiden](#)

Downloaded from: <https://hdl.handle.net/1887/16198>

Note: To cite this publication please use the final published version (if applicable).

Géraud Bagoilh, *Questio de retractu*

Ms. Paris, Bibliothèque Nationale de France, lat. 4582 A,
fol. 7r-12v*¹ **

(voir *supra*, p. 209 et s., à la note 179 et s.)

INCIPIIT QUEDAM QUESTIO SUPER CONSUETUDINE RETRACTUS (fol. 7r)

1. – Consuetudine retractus supposita rem immobilem ab emptore proximior deffuncti uenditoris heres oblato precio infra annum et diem retrahere uult; queritur an possit.

Videtur quod sic, quia quis potest tamquam extraneus quandocumque quod non possit ut heres, l. Si arrogator § Qui duos ff. de adop.¹; licet ergo tamquam heres retrahere non possit, tamen ut proximior.

Videtur contrarium, quia heres non debet in parte uoluntatem testatoris seruare et in parte infringere, l. Set nisi ex modica ff. de bo. que li. cum l. sequenti²; quod tamen faceret si retraheret rem per deffunctum uenditam.

Pro declaracione huius questionis uenio ad terminos ipsius exponendum.

2. – Primo ponitur in questione *Consuetudine retractus*. De hiis terminis habetur in c. Consistunt Extra de in integ. resti.³.

Iusta quos terminos quero an consuetudo retractus sit secum dum ius.

Videtur quod non, per l. Ratas C. de rescin. uendi.⁴.

* Cette version de la *quaestio* a fait l'objet d'un séminaire de paléographie juridique à Leyde dans l'année 2002-2003, dirigé par Mme Liesbeth van Soest-Zuurdeeg et nous-même. L'édition que nous présentons ici en est le résultat.

** A certains endroits, marqués par deux astérisques (* ... *), nous avons inséré quelques brins de texte empruntés au ms. Bruxelles, Bibliothèque royale 3596, fol. 216r-219v, contenant une autre version de la *quaestio*, cf. *supra*, p. 211, à la note 180; il s'agit d'endroits devenus illisibles dans le ms. Paris à cause du fait que l'encre est devenu glouton (cf. aussi *infra*, p. 368, n. 83).

1 D. 1,7,15,1

2 D. 38,2,6; D. 38,2,7

3 X 1,41,8

Item : in re propria quilibet debet esse moderator et arbiter, C. man. l. In re mandata⁵; quod non esset si talis consuetudo esset de iure. Proba[cio]: quia per ea[m] compellitur emptor proximiori rem pro eodem precio tradere, quod est contra legem Nec emere C. de iur. deli.⁶ et l. Inuitum C. de contrahen. emp. et uen.⁷.

Videtur contrarium et arguitur sic : quod potest facere lex princeps testator pactum conuencio, hoc idem facere potest consuetudo; probatur per l. De quibus § Inueterata ff. de legi.⁸, l. Non impossibile de pact. ff.⁹. Modo quod res non alienetur uel saltem in certas personas uel nisi in certas personas, potest fieri per l. Iubemus nulli et in aucten. Hoc ius porrectum C. de sacrosanc. ec.¹⁰ et in aucten. de re. ec. non alienand.¹¹ [fol. 7v] per totum; hoc idem potest facere testator, cum causa tamen, l. Peto § Predium ff. de le. ii.¹² et l. Filiusfamilias § Diuus ff. e.¹³. Hoc etiam potest fieri per pactum conuencionem, l. Si creditor § fi. ff. de distract. pig.¹⁴, l. Si sterilis § fi. de acti. emp. et uendi.¹⁵ et de exerci. l. i. § Si plures¹⁶ et de pig. ac. l. Si cum uenderet¹⁷. Hoc etiam potest princeps, § Set quod principi Insti. de iure na. gen. et ciuili¹⁸, et tamen ergo consuetudo hoc potest.

Item : quia in habentibus symbolum facilius est transsitus, ff. de rei uen. l. In rem § Quecumque¹⁹ et de inoffi. testa. l. iii.²⁰. Igitur magis est rationale quod ad unum de genere ueniat quam ad extraneum; et pro hoc, quia habetur ratio necessiorum, l. Imperator noster ff. de pact.²¹; pro hoc l. Que tutores circa medium C. de amis. tu.²², ubi interesse nostra habere res nostrorum²³ maiorum, quia ratione huius interesse minor restituitur, l. Si in empcone ff. de

- 4 C. 4,44,7
- 5 C. 4,35,21pr.
- 6 C. 6,30,16
- 7 C. 4,38,11
- 8 D. 1,3,32,1
- 9 D. 2,14,50
- 10 C. 1,2,14 et auth. Hoc ius porrectum *post eam* (ex Nov. 7,1 / 120,6,3)
- 11 Coll. V,1 (= Nov. 46)
- 12 D. 31,69,1
- 13 D. 30,114,14
- 14 D. 20,5,7,2
- 15 D. 19,1,21,6
- 16 D. 14,1,1,13
- 17 D. 13,7,13
- 18 Inst. 1,2,6
- 19 D. 6,1,23,5
- 20 D. 5,2,3
- 21 D. 2,14,60
- 22 C. 5,37,22
- 23 nostrorum] *ms.*: minorum

mino.²⁴; pro hoc uidetur casus in aucten. de inuesti. et re alie. facta c. unico § Porro coll. x^a.²⁵ et c. Constitutum Extra de resti. in integ.²⁶.

Quid dicendum? Quamuis ista sit bene probabilis, credo tamen aliam, scilicet quod ista consuetudo non est de iure. Probatur sic: hoc non potest fieri per consuetudinem quod non potest fieri per legem, cum utrumque ueniat ex²⁷ consensu, l. i. de pact.²⁸ iuncta l. De quibus § Inueterata ff. de le.²⁹. Modo non ualet pactum quod non alienetur res pro libito uoluntatis, l. Si ita quis promisit § Ea ff. de uerbo. oblig.³⁰, l. Si sterilis § fi. ff. de acti. emp.³¹, l. pe. ff. de pact.³². Ergo super hoc non ualebit consuetudo.

Item: consuetudo que est contra iura non ualet, l. Eos § Cetero C. de usur.³³; set expresse uidetur hec consuetudo contra legem Dudum C. de contrahen. emp.³⁴; quare etc.

Non obstant contraria.

Primo: quando dicitur «quod potest facere lex, etc.», concedo licet possem negare; et quando dicitur quod isti possunt facere, hoc nego et maxime de pacto et conuencione.

Ad aliud: «in habentibus symbolum, etc.», uerum est nisi sit impedimentum. Vel dico quod non habet symbolum proximior qui uult retrahere set³⁵ emptor qui rem emit, quia emptor effectus est dominus; quare etc.

Ad aliud: «habetur ratio necessiorum», ut l. Imperator³⁶. Concedo: ergo admittitur de iure retractus. Non sequitur.

Ad aliud: «interesse nostra habere res nostrorum maiorum». Concedo: per retentionem ita quod non uendentur; set si fuerunt uendita, non propter hoc sequitur quod proximior retrahere possit. Et quando dicitur quod propter hoc restituitur minor, dico quod propter hoc non sequitur «ergo retractus admittitur», quia forte ibi minor fuerat lesus uel in lucro non habito uel in dampno; igitur etc. Item hoc faciat pro me, quia si minor restituitur, ergo non habet iure retractus.

- 24 D. 4,4,35
- 25 LF 2,13un. *in medio*
- 26 X 1,41,8
- 27 ex] *ms.*: et
- 28 D. 2,14,1
- 29 D. 1,3,32,1
- 30 D. 45,1,135,3
- 31 D. 19,1,21,6
- 32 D. 2,14,61
- 33 C. 4,32,26,3 *in fine*
- 34 C. 4,38,14
- 35 set] *ms.*: et
- 36 D. 2,14,60

Non obstat § Porro³⁷: ubi uidetur casus, quia ibi non facit nisi recitare consuetudinem, ut patet in textu, nec ibi uidetur eam approbare. Vel dico quod in materia feudorum loquitur ubi sunt multa alia specialia.

Et sic non obstant contraria.

3. – Sequitur in questione *presupposita*. Id est supposita, quia compositum accipitur pro simplici. Simile in titulo De dote prele.³⁸ Et est quedam figura que uocatur prothesis, de qua C. de no. C. compo. super uerbo Repetite³⁹.

4. – Sequitur in questione *rem immobilem*. De quibus terminis habetur Inst. de usuc.⁴⁰ circa principium. In re ergo immobili uendicat sibi locum, non in mobili. Et hoc conseruat consuetudo. Et quod dicitur de re immobili habet locum siue sit res corporalis, ut domus [fol. 8r] fundus etc., siue incorporea, ut census redditus uel alia seruitus. Requiritur tamen quod illa seruitus sit perpetua. Et ratio: in redditu uendito ad uitam non habet consuetudo. Et ideo quidem cum rem emunt, fingunt dumtaxat emere proprietatem et faciunt fecte quod usufructus rei alicuius uendatur ad uitam unius uel plurium, et sic quoad usumfructum non habet locum retractus et quoad proprietatem que tandiu esset inutilis: raro inueniretur qui eam pro precio quod pro ea dedit emptor uellet retrahere. Et sic fundatur consuetudo. Et ratio potest esse: quia possessio rerum immobilium magis utilis est quam rerum mobilium, l. Si rem mobilem ff. de acqui. pos.⁴¹ Et ideo tempus breuius inducitur ad usucapiendum quam ad prescribendum, Insti. de usuc. in prin.⁴².

Item quia res immobilis latitari non potest sicut res mobilis, ut C. quomodo et quando quarta pars in re. secu. decu. etc.⁴³.

[*in margine*: Vtrum retractus habeat locum in aliis contractibus quam in uendicione.]

Quero ergo hic circa res, an in re donata habeat locum retractus uel eciam in contractu alio ab empzione. Videtur quod sic, quia ex quo in uendicione, in qua est titulus honorosus, habet locum, ergo multo forcius in donacione quia citius subuenitur titulo honoroso quam lucratiuo, l. Apud Celsum § Si quis ex

37 LF 2,13un. in medio

38 D. 33,4

39 gl. Repetite in rubricam Codicis lib. I

40 Inst. 2,6pr.

41 D. 45,2,47

42 Inst. 2,6pr.

43 C. 10,35(34),2,2

causa legati ff. de exep. doli⁴⁴. Pro hoc bene facit l. Statu liberi a ceteris ff. de sta. li.⁴⁵, ubi appellacione uendicionis omnes contractus continentur.

Sit prima conclusio⁴⁶ quod in re donata non habet locum retractus quia consuetudo est stricti iuris et odiosa quia contra ius commune, ergo non est amplianda: cum loquitur in uendicione tantum, ad alios contractus non est extendenda, set potius restringenda lex odi[os]a de regu[la] iuris, l. De precio ff. de publi.⁴⁷.

Item: sequeretur quod bene in casibus quis non posset dare de rebus suis, quod est contra legem Vnius ff. Si quis in frau. patro.⁴⁸; pro hoc l. Ad res donatas ff. de edili. edict.⁴⁹; pro hoc l. i. C. de fund. paterno. li^o. xi^o.⁵⁰, ubi res potest dari in emphitheosim, non tamen uendi.

Item: consuetudo fuit introducta quia sepe et pluries uenduntur res quam donantur. Ideo etc.

Item: rationes minus bene procedunt quia maius inconueniens est si domus non possit uendi quam si donare non possit. Eciam maius inconueniens est si ab illo auferatur res qui precium soluit quam si ab illo qui eam titulo lucratiuum habuit. Et pro hoc facit l. Ad res donatas⁵¹ quam hic⁵² pro se allegant cum magis facit contra in hoc casu quam pro, si bene inducatur.

Item: nec ualet ratio sequens quia, licet forte non ita frequentetur donacio sicut uendicio, tamen donacio potest sepius interuenire; et est casus de quo merito facienda est lex, ideo etc. Respondet: illa ratio sola «quia consuetudo est odiosa, etc.» et «ista ratio est potissima» nam in aliis contractibus bene habet locum mens et ratio introducendi consuetudinem sicut in uendicione, que est ne hereditates ab eis unde descendunt habeant retrocedere.

Consuetudo eciam sic interpretatur dictam consuetudinem; quod potest, cum eius sit interpretari cuius est condere; ideo etc. Cum eciam legem dubiam quod forcius est posset interpretari, ff. de legi. l. Si interpreta.⁵³, ideo eius interpretatione stare debemus. Et istud sufficit pro ratione.

Nec obstat § Si quis in l. Apud Celsum⁵⁴ allegatus, quia regulariter magis fauetur habenti titulum honorosum quam lucratiuum, ut ibi. Secus in retractu. Racio est quia solummodo habet locum consuetudo in uendicione, ideo non

44 D. 44,4,4,29

45 D. 40,7,29

46 *in margine*: prima conclusio

47 D. 6,2,8

48 D. 38,5,9

49 D. 21,1,62

50 C. 11,62(61),1

51 D. 38,5,9

52 hic] *ms.*: hoc

53 D. 1,3,37

54 D. 1,3,37

debet extendi. Et ratio inducendi consuetudinem in uenditione non habet locum in donacione [fol. 8v] cum sepius uendatur res quam donetur, ut dictum est.

Non obstat quod appellacione uendicionis omnis alienacio contineatur quia uerum est large accipiendo uendicionem iuxta materiam ibi subiectam. Set consuetudo stricte debet interpretari, ut dictum est.

Secunda conclusio⁵⁵: quod merce data in solutum non habet locum retractus. Probatur per rationes alterius conclusionis quia tenenda est consuetudo in terminis. Modo dare in solutum non est uendere.

Nec obstant l. Litis ff. pro emp.⁵⁶ et l. Si predium C. de euic.⁵⁷ et l. fi. ff. ex qui. cau. in pos. ea.⁵⁸, ubi dacio in solutum similis est empcioni quia unum est in fauorem illius cui datur in solutum ut sibi succurratur, et ideo in eius lesionem non debet retorqueri, l. Quod fauore C. de legi.⁵⁹.

Tercia conclusio⁶⁰: quod in permutacione non habet locum retractus. Probatur per rationes precedencium conclusionum et per hoc: licet res ecclesiastica uendi non possit, tamen potest permutari, C. de sacrosanct. eccle. aucten. Set et permutari⁶¹. Ita in simili dico.

Quarta conclusio⁶² sit quod in re data in amphiteosim non habet locum retractus; posito quod in perpetuum. Probatur: quia non est uendicio, igitur etc.

Item: quia remanet amphiteota dominus directus et sic omnino non alienatur.

Sed queritur⁶³ de tali dubio: fundum trecenta ualentem dominus dat in amphitheosim in perpetuum cuidam amphitheoticario quolibet anno soluendo octo interueniente peccunia, scilicet centum et quinquaginta qui debet amphitheota ab amphitheoticario ex alio⁶⁴ contractu. Nunc quero an habebit locum retractus in isto loco. Videtur quod sic quia peccunia et res interuenit, igitur uidetur esse empccio et uendicio, l. ii. in fi. ff. de contrahen. emp. et uen.⁶⁵.

55 *in margine*: 2^a conclusio

56 D. 41,4,3

57 C. 8,44,4

58 D. 42,4,15

59 C. 1,14,6

60 *in margine*: 3^a conclusio

61 auth. Set et permutari *post* C. 1,2,14 (*ex* Nov. 7,2)

62 *in margine*: 4^a conclusio

63 *in margine*: questio quedam utilis

64 alio] *ms.*: illo

65 D. 18,1,2,1

Item : si locum retractus non haberet, sequeretur quod fraus fieret consuetudini, quod non est ferendum. Sub correccione credo contrarium. Et probatur sic : non habet locum retractus in contractu amphitheotico, ut dictum est supra ; hic est contractus emphitheoticus ; ergo etc.

Item : non habet locum retractus in contractu permutacionis que magis similis est uendicioni, iuxta l. i. ff. de contrahen. emp.⁶⁶, ergo nec in contractu amphitheotico qui totaliter separatus est a uendicione et habet suam propriam naturam. Nec est mirandum si retractus non habet locum in contractu amphitheotico et tamen in uendicione sic, quia idem reperimus in rebus ecclesiasticis : perpetuam dari possunt, ut in aucten. Si quis C. de sacrosanct. eccle.⁶⁷, et tamen uendi non possunt, ut l. Iubemus nulli C. e. ti.⁶⁸.

Item : si dicatur in casu questionis locum debeat habere retractus, hoc erit tantummodo propter pecuniam que interuenit in contractu et sic interuentus pecunie impediret contractum amphitheoticum. Quod tamen est falsum quia si dans retineat pensionem competentem licet minorem quam res ualeat et recipiat pecuniam, non ideo minus est contractus amphitheoticus, per l. Si quis donacionis ff. de contrahenda emp. et uen.⁶⁹. Istam tenet Jo. fa. in § Adeo Insti. loca.⁷⁰ in questione Quid enim si repetit, et *Spe.* in titulo de lo. § Nunc aliqua⁷¹.

Verissimile porro a natura feudi differt, et pro hoc uidetur casus in c. Constitutus Extra de religi. domi.⁷² ; pro hoc § Adeo Insti. loca.⁷³.

Item : probatur quod sit contractus amphitheoticus quia hoc agebant partes. Modo in contractibus uoluntas contrahencium inspiciendum est : et si non apparet de uoluntate, uerba tamen hec operantur et sic iudicandum est esse contractum amphitheoticum ; pro hoc l. Non aliter ff. de le. iii.⁷⁴, l. i. § In re dubia ff. de exer.⁷⁵.

Item : si haberet locum retractus in casu questionis sequeretur maxima [fol. 9r] absurditas, scilicet quod emphitheota ipso inuito habeat alium emphitheoticarium, quia forsan uel nolet uel non uellet ita bene soluere pensionem

66 D. 18,1,1

67 auth. Si quis *post* C. 1,2,14 (*ex* Nov. 120,1,2)

68 C. 1,2,14

69 D. 18,1,38

70 Johannes Faber *ad* § Adeo autem Insti. loca. [= Inst. 3,24,3] *in questione* 'Quid ergo si recipit' (ed. Venetiis 1582, fol. 103v, no. 12 *in medio*)

71 *Speculator* in titulo de locatione [*leg.*: de emphyteusi] § Nunc aliqua, vers. Quarto queritur (ed. Basileae 1574, reprint Aalen 1975, tom. 2, p. 274)

72 X 3,36,6

73 Inst. 3,24,3

74 D. 32,69

75 D. 14,1,20 *in fine*

suam sicut ille cui tradidisset uel quoniam de ita facili posset conuenire uel non uellet sicut primum contrarium, etc.

Nec obstant contraria. Primo quando dicitur quod pecunia uel res interuenit. Concedo: set hoc non solum, set annua pensio eciam inducit ex qua indicatur contractus emphitheoticus. Et multum differunt empicio et contractus emphitheoticus, ut dixi, quia per uendicionem transfertur totaliter dominium si tradens sit dominus, set in contractu emphitheotico non.

Item: emphitheoticarius posset repelli a re quam cepit in emphitheosim si cesset per terminum in solucione, nec sic in empicione.

Item: contractus emphitheoticarius fieri debet in scriptis alias non ualet secundum communem oppinionem, secus tamen in uendicione.

Non obstat aliud contrarium quando dicitur «si hic non habet locum contractus sequeretur quod fraus fieret consuetudini». Nego istam quia per hoc sequeretur quod numquam quis posset rem suam alienare per aliquem titulum nisi per contractum uendicionis quando fraus fieret consuetudini, quod tamen est falsum quia potest donare et permutare et dare in emphitheosim, ut dixi supra.

Item: non fit fraus, ut dixi supra; intelligo quando dat pensionem satis competentem, minorem tamen quam res ualeat. Secus esset si aliquis daret rem suam multum ualentem pro pensione unius denarii uel duorum uel alia uillissima pensione et cum hoc accipit pecuniam, quia in hoc casu non esset contractus emphitheoticus, ymo magis uendicio; dicta l. Si quis uno nummo ff. loca.⁷⁶ Hoc expresse ponitur in aucten. qualiter oli. feu. po. alie. c. unico coll. x^a.⁷⁷ Et hoc de ista questione.

Queritur subsequenter⁷⁸: uendita est domus quam retrahere possum; facto tuo combusta est; quero an michi teneatur in estimacione. *Videtur quod sic, quia ubi* aliquis *tenetur ad restitutionem rei* restituito sibi precio, si culpa sua res intereat, tenetur ad extimacionem, l. Si seruum ff. de acqui. here.⁷⁹, l. In bello § Si quis seruum ff. de capti.⁸⁰.

Circa hoc pono aliquas conclusiones.

Prima⁸¹ sit hec: quod dolo petit qui petit quod incontinenti est restitu- tu[rus], l. Dolo ff. de exep. doli⁸² et in regula iuris. Ex hiis infero conclusionem

76 D. 19,2

77 LF 2,9

78 *in margine*: alia questio

79 D. 29,2,71

80 D. 49,15,12,7

81 *in margine*: prima conclusio

82 D. 44,4,8

quod tu non teneris michi ad restitutionem extimacionis quia si haberem teneris michi restituere uirtute retractus totaliter⁸³.

Item: probatur quia res erat tua, ideo libere de hac poteris ordinare, C. man. l. In re mandata⁸⁴.

Item: quod si tu dolum in re tua committas nulli teneris, modo tu eras dominus antequam apparet retrahens; ideo etc., ff. so. ma. l. Eciam § Licet⁸⁵.

Secunda conclusio⁸⁶ sit quod si facto tuo domus quam retrahere poteram – tibi obtuli precium et⁸⁷ uolui retrahere – sit combusta, teneris ad interesse meum quia constitutus es in mora; ideo teneris ex mora sua de periculo rei, l. Si ex legati causa ff. de uer. obli.⁸⁸, l. Repeti in fine ff. qui. mo. usu. amitt.⁸⁹.

Nec obstant l. Si seruum⁹⁰ et l. In bello⁹¹ all., quia locuntur in illo qui dominus non erat; quare etc.

Queritur postea⁹²: domus quam ut proximior retrahere possum destructa est; uolo aream retrahere, numquid possum? Videtur quod non, quia domus combusta amplius non est domus, l. Repeti § Rei mutacione ff. qui. mo. usu. amict.⁹³ et de contrahen. emp. l. Domum⁹⁴. Videtur contrarium, quia idem est dicendum de toto et de parte, l. Qui scit ff. de usur.⁹⁵. Modo totam domum retrahere possem, ergo partem scilicet aream.

Item: area est maxima pars edificii, l. Que res § Aream ff. de solu.⁹⁶.

Circa hoc sit hec conclusio prima⁹⁷: quod domus destructa amplius non est domus. Probatur per § penult. Insti. de usufruct.⁹⁸. Ex quo infero quod area domus destructe non poterit [fol. 9v] retrahi.

Secunda conclusio⁹⁹ sit hec quod et si domus esset reffecta quamuis ex hiisdem cementis et eadem materia, quod tamen retrahi non poterit quia non

83 si haberem ... totaliter] *ms.* Bruxelles 3596, fol. 217v, porte: si haberem mihi teneris restituere quia precium mihi teneris restituere uirtute contractus

84 C. 4,35,21

85 D. 24,3,18,1

86 *in margine*: 2^a conclusio

87 et *in margine*

88 D. 45,1,23

89 D. 7,4,5,2-3

90 D. 29,2,71

91 D. 49,15,12,7

92 *in margine*: alia questio

93 D. 7,4,5,2

94 D. 18,1,57

95 D. 22,1,25

96 D. 46,3,98,8

97 *in margine*: prima conclusio

98 Inst. 2,4,3

99 *in margine*: 2^a conclusio

est eadem domus que prius erat, l. Qui res § Aream ff. de solu.¹⁰⁰, l. Inter stipulentem § Sacram circa finem ff. de uerbo. obli.¹⁰¹.

Nec obstant contraria quando dicitur «idem est iudicium de toto et de parte» uerum est ubi est eadem ratio de toto ad totum et de parte ad partem. Vel dico quod area non est pars domus cum domus non habeat partes, l. Si is qui § Quidem ff. ad falci.¹⁰². Ad aliud: «area est maxima edificii» uerum est quando edificium est superpositum, alias non.

Queritur subsequenter¹⁰³: res est uendita ulteriori de genere; proximior ab eo uult retrahere¹⁰⁴; an possit? Videtur quod sic, quia gradus prescripti esse uidentur, l. Heres § fi. ff. ad trebell.¹⁰⁵.

Item: si res prohibeatur alienari extra familiam prefertur proximior in retractu si res alienetur, l. Peto § penul. et l. A te pater § A te peto et l. Cum ita § In fidei commissi ff. de le. ii.¹⁰⁶.

Sic concludo¹⁰⁷ quod proximior genere retrahere non possit ab ulteriori. Sic obseruat consuetudo. Verum est regulariter, in campania tamen dicitur obseruari contrarium. Probatur: quia restat ratio consuetudinis retractus, igitur etc.; l. Generaliter C. de epi. et cle.¹⁰⁸, l. Adigere § Quamuis ff. de iure patro.¹⁰⁹. Et ita intelligitur consuetudo quando res est extraneo uendita.

Non obstant iura in contrarium allegata quia loquuntur quando res est prohibita alienari, est alienata in extraneum, quia tunc prefertur proximior in retractu non autem loquitur quod proximior ab ulteriore possit retrahere.

Queritur ulterius¹¹⁰: rem Ticio uenditam possum ut proximior retrahere; Ticius eam Seyo uendidit; an retrahere possum? Videtur quod non. Primo a Ticio non possum eam retrahere quia eam non habet, l. Mulier § Set enim ff. ad trebell.¹¹¹, ergo reddere non potest quia «qui sine re uadit, sibi nulla res cadit», l. Hodie de capi. dimi.¹¹².

100 D. 46,3,98,8

101 D. 45,1,83,5 *circa finem*

102 D. 35,2,80,1

103 *in margine*: alia questio

104 retrahere] *ms.*: detrahere

105 *immo* D. 36,1,59(57),2 *in fine*

106 D. 31,69,3, D. 31,77,32 *et* D. 31,32,6

107 *in margine*: 3^a conclusio

108 C. 1,3,51(52)

109 D. 37,14,6,2

110 *in margine*: alia questio

111 D. 36,1,23(22),3

112 D. 4,5,4

Item nec a Seyo possum retrahere quia nullo modo michi coniungitur Ticius qui eam sibi uendidit, ideo locum potest habere consuetudo.

Item michi potest imputari quare tantum tardauit, l. ii. § Si quis causa ff. si quis cau.¹¹³.

Item amodo res non est integra ex quo res ambulauit per plures manus, l. Quod si minor § Sceuola ff. de mino.¹¹⁴.

Circa hoc pono duas conclusiones.

Prima¹¹⁵ est quod ius retractus est reale et competit racione rei. Ex quo infertur responsio in casu questionis quod si a Ticio retrahere poteram qui uendidit Seyo, postero retrahere dum tamen annus non sit lapsus a tempore prime uendicionis facte Ticio; alias enim non possem a Seyo retrahere, supposito quod annus non esset lapsus a tempore uendicionis sibi facte per Ticium. Probat per l. Imperatores ff. de publi. uecti.¹¹⁶, l. Via § Si fundus ff. de serui. ru. pre.¹¹⁷.

Item: quia alienacio fit a sua causa, l. Alienacio ff. de contrahen. emp. et uendi.¹¹⁸, l. Emptor ff. de euict.¹¹⁹.

Item: uidetur casus in simili in l. Set ubi restitutio ff. de minoribus¹²⁰, ubi ius quod seruatur si res semel uendatur habet locum et successiue res pluries uendatur.

Secunda conclusio¹²¹ sit hec quod si possim a Ticio rem retrahere qui eam uendidit Seyo, retraham a Seyo offerendo tantum precium quantum dedit Ticius proximo meo, non autem tantum quantum dedit Seius Ticio; permultum bene facit l. Postliminium § penult. ff. de capti. et postlim. reuer.¹²².

Solutio contrarium: facilis est racio, ideo non curo. Per hoc destruitur cautella quorundam qui statim cum rem euictam alteri uendunt a quo postea sperant habere rem, et sic credunt fraudare consuetudinem; quod non ualet, ut hic, etc.

5. – Sequitur in questione *ab emptore*. [fol. 10r] De isto termino habetur in l. Dudum C. de contrahen. emp. et uendi.¹²³.

113 D. 2,11,2,8

114 D. 4,4,24,2

115 *in margine*: prima conclusio

116 D. 39,4,7

117 D. 8,3,23,2

118 D. 18,1,67

119 *immo* C. 8,44,1

120 D. 4,4,15

121 *in margine*: 2^a conclusio

122 D. 49,15,19,9

123 C. 4,38,14

6. – Sequitur littera *proximior*. De quo termino habetur l. Proximum § Si quis proximior ff. unde cognati¹²⁴. Et potest sumi comparatiue, ut dicto § et in questione nostra.

Alio modo potest sumi positue, ut ille qui solus est contineatur, ut l. Proximus ff. de uer. signi.¹²⁵. Sic ergo proximior de genere admittitur ad retractum in re uendita. Numquid ergo ipsemet uenditor possit retrahere uirtute consuetudinis infra tempus debitum. Videtur quod sic propter unumquodque tale et illud magis aucten. Multo magis C. de sacrosanct. eccle.¹²⁶, l. Assiduis § finali C. qui poti. in pigno. ha.¹²⁷. Modo uenditor magis est sibi proximus quam cuicumque alteri, quia ordinata caritas incipit a se ipso.

Item : consuetudo loquitur in proximis, ergo non uidetur exipi, l. iiii. C. de contrahen. et committ. sti.¹²⁸; si¹²⁹ quis stipuletur rem dari cuicumque uoluerit poterit sibi dare, l. Vbi ff. de tuto. et cura. da. ius da. ad hoc¹³⁰.

Item : ad hoc possunt adiici iura de tamquam, l. Si pater § Qui duos ff. de adop.¹³¹.

Sic concludo¹³² quod aliquis contra factum suum quod ab inicio tenuit uenire non potest. Ex quo infero responsionem questionis quod uenditor uirtute consuetudinis rem uenditam non poterit retrahere; pro hoc l. Post mortem ff. de adop.¹³³; et pro hoc lex unica C. ne fiscus rem quam uen. etc. li. x^o.^{134, 135}; per l. Ratas C. de rescin. emp. uel uendi.¹³⁶, ubi uidetur casus l. Cum pater § Libertis¹³⁷. Non obstant contraria que locuuntur in casibus diuersis et ubi aliquis non ueniret contra factum suum; secus in questione nostra; quare etc.

Queritur subsequenter¹³⁸: sunt duo equaliter proximi qui uolunt pariter uenire ad retractum; an possunt? Videtur quod non, quia singulare non conuertitur in plurali, l. i. § i. et § Tociens ff. de uen. inspi.¹³⁹, l. Cum ex

124 D. 38,8,1,8

125 D. 50,16,92

126 auth. Multo magis *post* C. 1,2,14 (*ex* Nov. 7,11 / 120,7)

127 C. 8,17(18),12 *in fine*

128 C. 8,37(38),4

129 si] *ms.*: § si

130 D. 26,5,19

131 D. 1,7,15,2

132 *in margine*: conclusio

133 D. 1,7,25

134 x^o.] *ms.*: i^o.

135 C. 10,5,1

136 C. 4,44,7

137 D. 31,77,27

138 *in margine*: alia questio

139 *immo* D. 37,9,1,1 *et* D. 37,9,1,2

pluribus ff. de manu. testa.¹⁴⁰; modo consuetudo dicit «proximior» in singulari numero; ideo etc.

Circa hoc fit conclusio quod plures proximi in eodem gradu simul admittuntur. Ex quo infero quod singulare resoluitur in plurali, l. Si nepotes ff. de coll. bo.¹⁴¹ § fi. Insti. de legi. agna. tu.¹⁴², l. ii. ff. unde cog.¹⁴³, Insti.¹⁴⁴ de legi. agna. succe. § Si plures¹⁴⁵; unde plures in eodem gradu ad successionem admittuntur.

Nec obstat quod plurale non resoluitur etc., quia uerum est ubi per relationem fieret contra uoluntatem testatoris, uel alias sequeretur absurditas iuris.

Queritur subsequenter¹⁴⁶ an filius familias uenditoris admittatur ad retractum. Videtur quod non, ne per oblicum concedatur quod de directo non conceditur, l. Scire oportet ff. de tu. et cu. dat.¹⁴⁷. Ab inicio sic esset in proposito, quia «quidcumque querit filius etc.», l. Placet ff. de acqui. here.¹⁴⁸, set pater non [potest] retrahere, ut uisum est, ergo nec filius.

Item: si filius ageret ad retractum oportet quod pater eum auctorisaret, l. fi. § Necessitate C. de bonis que li.¹⁴⁹. Modo quis non potest dare auctoritatem in re sua, § fi. Insti. de aucto. tu.¹⁵⁰.

Circa hoc fit prima conclusio¹⁵¹ quod filius naturalis et legitimus in potestate patris existens rem per patrem suum uenditam potest retrahere. Probat: quia filius proprietatem hodie querere potest sibi, C. communia de success. l. fi.¹⁵², de bo. mater. l. i.¹⁵³, de bo. que libe. l. Cum oportet¹⁵⁴ cum tribus aucten. ibi positus¹⁵⁵. Et per hoc cessant rationes pro prima parte facte.

140 D. 40,4,31

141 D. 37,6,7

142 Inst. 1,15,3

143 D. 38,8,2

144 de legi. ... Insti. *in margine*

145 Inst. 3,2,5

146 *in margine*: alia questio

147 D. 26,5,21

148 D. 29,2,79

149 C. 6,61,8,1a *in medio*

150 Inst. 1,21,3

151 *in margine*: prima conclusio

152 C. 6,59,11

153 C. 6,60,1

154 C. 6,61,6

155 auth. Excipitur quod eis (ex Nov. 117,1), auth. Idem est in his (ex Nov. 134,11) et auth. Item hereditas (ex Nov. 118,2) post C. 6,61,6

Item : quia hic est res acquisibilis, alias ab inicio non ualisset uendicio, l. Si in empicione in prin. ff. de contrahen. emp. § i.¹⁵⁶.

Item : hic est causa rationabilis, scilicet consuetudo que uocat proximiorum ad retractum.

Possunt adduci plures alie rationes quas breuitatis causa obmitto.

Secunda conclusio¹⁵⁷ hec sit quod filius adoptiuus admittitur ad retractum rei uendite per patrem suum adoptiuum cum aliis filiis [fol. 10 v] naturalibus uel solus si non sint alii uel non uellent uenire. Probatur hoc : quia adoptiuus loco filiorum habentur, ff. de adop. l. i.¹⁵⁸, de senato. l. Senatoris filium¹⁵⁹. Pro hoc : quod eis datur bonorum possessio ratione sanguinis ; sic similiter dabitur eis ius retrahendi, l. i. § Hec autem ff. unde cognat.¹⁶⁰.

Nec obstat quod per emancipationem finitur filiatio et sic possunt emancipari et per consequens potest cessare ratio quare consuetudo debet attendi. Modo inspiciendus est quod euenire potest, l. Set et si per prelatum § Ferie ff. ex quibus cau. maio.¹⁶¹, quia dico quod illud non inspicitur ymo status in quo nunc est, l. Moueor de seruis expor.¹⁶².

Item : quia aduersa fortuna hominis non debet inspicere, l. Inter stipulantem § Sacram ff. de uer. obli.¹⁶³ ; ideo etc.

Iuxta quod queritur¹⁶⁴ : aliquis est proximior ipsi uenditori ; nascitur filius ipsi uenditori ante annum finitum et sic est proximior primo qui tempore uendicionis erat proximior, ut puta nepote uel nepte ; queritur quis eorum admittitur ad retractum. Videtur ille qui tempore uendicionis proximior erat quia ius retrahendi sibi fuit quesitum ; ergo sine facto suo ab ipso non potest euelli, l. Id quod nostrum ff. de regul. iur.¹⁶⁵.

Item : quia inspicitur tempus uendicionis, l. Que legata in fi. de reg. iur.¹⁶⁶, l. Filius fa. de uer. obli.¹⁶⁷ ; pro hoc in ratione l. Vsuffr. de sti. seruo.¹⁶⁸.

Istam partem tenent quamplures et quasi omnes. Sub correptione tamen magis credo contrarium, quod probatur quia consuetudo dicit quod proximior de genere admittitur ad retractum infra annum et diem ; modo ante annum

156 D. 18,1,34pr.

157 in margine : 2^a conclusio

158 D. 1,7,1

159 D. 1,9,5

160 D. 38,8,1,3

161 D. 4,6,26,7

162 C. 4,55,4

163 D. 45,1,83,5

164 in margine : alia questio

165 D. 50,17,11

166 D. 50,17,18

167 D. 45,1,78

168 D. 45,3,26

finitum reperitur proximior quam ille qui erat tempore uendicionis ; quare etc. Pro hoc quod ille qui tempore uendicionis non incepit agere antequam nasceretur proximior ipso, ergo perinde est ac si ille qui erat proximior tempore uendicionis numquam fuisset proximior cum idem sit de hiis que non sunt et que non apparent. Pro isto facit § Quod si facto testamento *Insti. de l. ag.* successi.¹⁶⁹.

Nec obstant contraria, *primo* quando dicitur quod ius fuit quesitum proximiori tempore uendicionis. Dico quod non ex quo non egit antequam nasceretur proximior ipso.

Non obstant l. Que legata et l. Si filius fa.¹⁷⁰; alias ubi in initium attenditur, quia dico quod initium non attenditur ad hoc ut certe persone acquiratur sic quod nulli alii queri possit, ut all. l., sed ubi ius queratur persone incerte ut proximiori, secundum quod est in casu questionis, non inspicitur initium set tempus quo certificatur persona. Sic est in proposito quia consuetudo admittit proximiozem ad retractum, non certum set illum qui uolet; ex quo ergo non apparet. Dico ergo quod attendi debet ille qui erat proximior tempore quo agitur.

Non obstat l. Pocior ff. qui pocius in pig. ha.¹⁷¹, ubi declaracio reffertur ad tempus dispositionis, l. Institutio ff. de condi. insti.¹⁷², et sic habet locum retractus quia uerum est ubi in dispositione ad quem fit retractus interuenit factum illius ad cuius utilitatem tendit retractus, nisi sibi possit negligencia imputari secundum quod est in casu nostro.

Queritur ulterius¹⁷³: proximior repudiauuit ius retrahendi et sic dat locum sequenti; postea uult admitti cum sequenti uel si solus est uult admitti ex secundo gradu; an possit? Videtur quod sic quia solum quoad primum ordinem uel gradum uidetur repudiasse, et sic poterit admitti ex secundo, l. Nec is § i. ff. de acqui. here.¹⁷⁴, ff. unde legi. l. ii.¹⁷⁵, de succe. edict. l. i. § Set uidendi¹⁷⁶, de regu. iuris l. Quociens¹⁷⁷.

Sic concludo quod non potest quia remittentibus acciones etc., l. Queritur § Si uenditor ff. de edili. edicto¹⁷⁸, l. fi. C. de codi.¹⁷⁹ etc. [*fol. IIR*]

169 Inst. 3,2,6

170 D. 50,17,18; D. 45,1,78

171 D. 20,4,11

172 D. 28,7,10

173 *in margine*: alia questio

174 D. 29,2,17,1

175 D. 38,7,2

176 D. 38,9,1,11

177 D. 50,17,91

178 D. 21,1,14,9

179 C. 6,36,8

Item repudiendo uidetur suum ius ex quacumque causa ueniret repudiasse, l. An eadem § Acciones ff. de exep. rei iudi.¹⁸⁰, l. Nec res¹⁸¹ § Set si quasi ff. de acquiren. here.¹⁸².

Non obstat contrarium quia loquitur in hereditate que debetur proximioribus, l. i. § Largius ff. de succe. edict.¹⁸³, nos autem loquimur in retractu qui est contra iura communia et stricte interpretatur; ideo etc.

Sed quero¹⁸⁴: proximior repudiauit ius retrahendi; numquid sequens habebit annum ad retrahendum integrum, an solum residuum anni qui supererat proximiori qui repudiauit.

Videtur quod habeat integrum annum quia datur annus alicui ad retrahendum; modo iste poterat agere donec iste repudiasset, ideo etc. Cum non uolenti agere non currat prescriptio.

Circa hoc fit prima conclusio¹⁸⁵ quod proximior repudiante ulteriori non dabitur nisi residuum anni quod proximiori supererat. Probatur: quia non datur nisi annus ad retrahendum, non debet ergo extendi nec multiplicari ne in infinitum extendatur, l. Fidei commissa § Si quis ff. de leg. iii.¹⁸⁶, l. fi. C. de sacrosanct. eccle.¹⁸⁷. Tempus enim non debet multiplicari, l. Mariti § Quinquennium ff. ad l. Iul. de adul.¹⁸⁸. Pro hoc hic est casus in simili, l. Interdum ff. de mino.¹⁸⁹.

Secunda conclusio sit hec quod posteriores qui secuntur proximiorum possint ipsum compellere uel ad declarandum suam uoluntatem an retrahet uel non, ne excludantur per lapsum anni a retractu. Si tamen sine eum summonendo an retrahere uellit uel non, aliquis de ulterioribus litem inciperit super retractu, proximior potest uenire quandocumque, infra annum tamen a tempore uendicionis, et petere ut admittatur ad retractum cum sit proximior et infra tempus. Et admittatur non obstante lite per alium ulteriorem incepta, etc. Et pro hoc cessant argumenta prius facta.

Sed quero¹⁹⁰ ulterius an proximior possit ius retrahendi cedere. Videtur quod sic, quia habet accionem ad retrahendum; modo acciones cedi possunt, l.

180 D. 44,2,14,2

181 l. Nec res *in margine*

182 D. 29,2,17,1 *in medio*

183 D. 38,9,1,12

184 *in margine*: alia questio

185 *in margine*: conclusio prima

186 D. 32,11,18

187 C. 1,2,23

188 D. 48,5,30(29),7

189 D. 4,4,19

190 *in margine*: alia questio

Quod debetur ff. de peccu.¹⁹¹, l. Modestinus ff. de solu.¹⁹², l. Qui mandatum ff. mandati¹⁹³.

Circa hoc fit conclusio prima¹⁹⁴ quod proximior ius retrahendi cedere non potest extraneo quia per hoc fraudaret consuetudinem, ergo periuuari non debet, l. Auxilium in fi. ff. de mino.¹⁹⁵, l. Filio ff. de rip. nupt.¹⁹⁶. Preterea ubi ceditur extraneo, cessaret ratio consuetudinis quia rem non habet unus de genere uenditoris, ergo ipsa consuetudo deberet cessare, ff. de iure patro. l. Adigere § Quamuis¹⁹⁷ et l. Generaliter C. de epi. et cle.¹⁹⁸.

Nec obstat quando dicitur «qui habet accionem, eam cedere potest»; uerum est nisi competat pro tali re que cedi non potest extraneo, sicut in casu questionis.

Secunda conclusio sit hec quod proximior de genere cedens ius retractus extraneo perdit ius quod habet et transsit ad ulteriorem, l. Quod meo § Si furioso ff. de acqui. pos.¹⁹⁹. Pro hoc facit optime l. Si usufruct. ff. de iure dote²⁰⁰, l. Per fundum ff. de seruitu. rusti. pre.²⁰¹.

7. – Sequitur in questione *defuncti*. De quo termino habetur in l. Cum heres de diuersis et temporalibus prescripcionibus²⁰².

8. – Sequitur in questione *uenditor*. De quo termino habetur in l. secunda et per totum titulum ff. here. uel accione uendi.²⁰³ et ff. de acti. emp. et uen. per totum²⁰⁴.

9. – Sequitur in questione *heres*. De quo termino habetur in dicta lege Cum heres ff. de diuer. et temporalibus prescripcionibus²⁰⁵.

191 D. 15,1,51

192 D. 46,3,76

193 D. 17,1,43

194 *in margine*: conclusio prima

195 D. 4,4,37

196 D. 23,2,48 (?)

197 D. 37,14,6,2

198 C. 1,3,51(52)

199 D. 41,2,18,1

200 D. 23,3,66

201 D. 8,3,11

202 D. 44,3,11

203 D. 18,4,2; D. 18,4 *per totum*

204 D. 19,1 *per totum*

205 D. 44,3,11

10. – Et sequitur *oblato*. De quo termino habetur l. Qui decem ff. de solucionibus²⁰⁶.

11. – Sequitur in questione *precio*. De hoc in lege De precio ff. de publi.²⁰⁷. Sed quid intelligitur per *precium*? De hoc pono duas conclusiones.

Prima²⁰⁸ est [*fol. 11v*] quod quidquid est datum uenditori, totum debet esse *precium*, posito quod non sit *peccunia numerata*, l. Fundi ff. de contrahen. emp.²⁰⁹, l. Tenetur § i. ff. de acti. emp. et uendi.²¹⁰ et l. Debet de edilic. edict.²¹¹.

Secunda conclusio²¹² sit quod datum *prosenetis* uel alteri quam uenditori uel uinum solutum pro re uendita non dicitur *precium* in tantum quod retrahens teneatur illud soluere, ut l. Debet²¹³ et l. ii. ff. de prosene.²¹⁴. Quod uerum intelligo nisi expresse fuisset dictum in uenditione quod illud solueret emptor.

Iusta istum terminum «*oblato*» queritur²¹⁵ numquid sufficiat sola *oblacio* an requiratur *oblacio depositio*. Videtur quod *oblacio* et *depositio* requiratur, l. Acceptam C. de usur.²¹⁶.

Sic concludo²¹⁷ quod sola *oblacio* sufficit ut amodo constituatur in mora, l. Qui decem ff. de solu.²¹⁸, l. Quod te ff. si certum pe.²¹⁹.

Non obstat l. Acceptam²²⁰ quia loquitur quoad impediendum cursum usurarum.

Sed quero²²¹ an retrahens teneatur ad *melioraciones*, si quas fecit emptor.

- 206 D. 46,3,72
- 207 D. 6,2,8
- 208 *in margine*: prima conclusio
- 209 D. 18,1,79
- 210 D. 19,1,6,1
- 211 D. 21,1,27
- 212 *in margine*: 2^a conclusio
- 213 D. 21,1,27
- 214 D. 50,14,1
- 215 *in margine*: alia questio
- 216 C. 4,32,19
- 217 *in margine*: conclusio
- 218 D. 46,3,72
- 219 D. 12,1,5
- 220 C. 4,32,19
- 221 *in margine*: prima questio

Sic concludo²²² quod ad necessarias impensas tenetur retrahens, non autem utiles. Racio est quia prospicere emptor rem ab ipso retrahi posse; et pro hoc l. Si quis domum § Idem querit ff. loca. et conduct.²²³.

Item pro hoc: quia consuetudo uocans proximum non imponit sibi honus meliorandi precium; nam lex dicit quod appellacione precii non continentur impense nec econtra, ff. de condi. et demon. l. Quibus diebus § i.²²⁴; ideo etc.

Item: quod si²²⁵ emptor consequeretur impensas utiles quandoque tantas impensas faceret quod nullus rem retraheret. Ideo ut fraudi obicietur solum consequitur impensas necessarias. Ita seruatur de facto. De hoc uidetur casus de in di. adiecti. l. Imperator²²⁶ in 2^o dicto.

Queritur²²⁷ ulterius an retrahens rem ipsam retrahat cum fructibus. Videtur quod sic quia ita est in minore si retrahat rem, l. Quod si minor § fi. de mino.²²⁸ Pro hoc: quia qui tenetur rem restituere tenetur ad fructus, C. de rei uen. l. Si fundum²²⁹, ff. de rei uen. l. Fructus²³⁰. Videtur casus in simili l. Item quod dictum est ff. de in diem adiecti.²³¹.

Sic concludo²³² quod emptor non tenetur restituere fructus retrahenti, ymo fecit suos. Quidam tamen dicunt quod si lis retractus finiatu antequam emptor fructus collegerit, siquidem sint naturales spectant ad retrahentem; si industriales eiam eos habebit retrahens. Emptor tamen restituet impensas super hoc factas. Racio: quia dominus erat rei. Modo quod ex re mea superest meum est, l. Pomponius si frumentum § Idem ait ff. de rei uen.²³³.

Item: quia solum loquitur consuetudo de restituenda re, igitur etc., l. De precio ff. de publi.²³⁴.

Item: quia cessat ratio consuetudinis quoad fructus, ideo etc., l. Generaliter C. de epi. et cle.²³⁵; pro hoc l. Videamus § Si actionem ff. de usur.²³⁶. De hoc uidetur casus aucten. Idem est sita super l. Cognouimus C. de here.²³⁷.

222 *in margine*: conclusio

223 D. 19,2,9,1 *in medio*

224 D. 35,1,40,1

225 si] *ms.*: sic

226 D. 18,2,16

227 *in margine*: alia questio

228 D. 4,4,24,4

229 C. 3,32,17

230 D. 6,1,33

231 D. 18,2,6

232 *in margine*: conclusio

233 D. 6,1,5,1

234 D. 6,2,8

235 C. 1,3,51(52)

236 D. 22,1,38,7

237 auth. Idem est de *post* C. 1,5,19 (*ex Nov.* 115,3,14)

Non obstat quod minori restituuntur fructus, quia minor restituitur ad rem suam; non autem sic est in isto retrahente, set erat res emptoris; ideo etc.

Non obstat quod dicitur «qui tenetur rem restituere etc.». Verum est si sit eadem ratio de fructibus et de re; set contrarium est hic, etc. Hoc uerum est in non domino qui rem possidet, qui tenetur eam restituere cum fructibus; set hic dominus possidebat.

Non obstat l. Quod dictum est²³⁸, quia ibi loquitur in uendicione que erat resolubilis sub condicione expressa per partes, hic non; quare etc.

12. – Sequitur etc. [fol. 12r] *infra*. Iste terminus ponitur *in l. Insulam* ff. de uerbo. obli.²³⁹. Et ponitur *inclusiue, ut* ff. de uerbo. obli. l. Quidquid § Si stipulatus²⁴⁰.

13. – *Annum et diem*. De istis terminis habetur in c. ultimo § Porro qualiter olim feu. po. alie. colla. x.²⁴¹ et c. Constitutus Extra de in integrum resti.²⁴². Et sic ccc.lxvi. dies, cum annus habeat ccc.lxv., l. Anniculus ff. de uerbo. obli.²⁴³.

Iuxta quod quero²⁴⁴ a quo tempore currat iste annus.

Sic concludo²⁴⁵ quod a tempore uendicionis, l. Genero ff. de hiis que no. infa.²⁴⁶, l. finali C. de dolo²⁴⁷, l. Ait pretor § Annus ff. de hiis que in frau. credi.²⁴⁸, l. Sciendum § fi. ff. de edilict. edict.²⁴⁹.

Secunda conclusio²⁵⁰ sit hec quod annus a tempore uendicionis computatur dum tamen sciat proximior rem fore uenditam, quia sciencia requiritur ut currat tempus contra eum, l. Ab eo C. quo. mo. et quan. iud.²⁵¹, l. Cum sex ff. de edilic. edict.²⁵². Et de hoc est precise casus in dicto § Porro pluries allegato²⁵³. Et hoc de iure.

238 D. 18,2,6

239 D. 45,1,124

240 D. 45,1,99,1

241 LF 2,9pr. *in fine*

242 X 1,41,8

243 *immo* D. 50,16,134

244 *in margine*: questio

245 *in margine*: conclusio

246 D. 3,2,8

247 C. 2,20(21),8

248 D. 42,8,10,18

249 D. 21,1,19,6

250 *in margine*: 2^a conclusio

251 C. 7,43,3

252 D. 21,1,55

253 LF 2,9pr. *in fine*

Tamen de consuetudine etiam ignoranti tempus currit et restringitur propter consuetudinem que est contra iura communia.

Aliqui fraudant consuetudinem hoc modo²⁵⁴: rem emunt; precium soluunt et omnia ad eorum utilitatem fiunt in uendicione et etiam rem accipiunt et tenent; in litteris tamen uendicionis poni faciunt nomen alterius; eius nomine fingunt emere et aliquociens uenditor ad hoc non aduertit nec cogitat, uel aliquociens hoc promittit scienter ut non fiat retractus; postea proximior qui retrahere uult credens quod iste rem tenens eam emerit et quod hec eius sint facte nomine, facit ipsum adiournari; iste rem tenens mittit procuratorem qui post petitionem factam petit diem consilii²⁵⁵, postea diem pro absentia, post diem in statu sub spe concordie, et breuiter capit omnes dilaciones quas potest habere antequam respondeat, et si potest tantum facit quod annus a tempore uendicionis labitur; postea respondet rem ad se non pertinere et quod si uellit faciat alium adiournari. Et ita retractus fraudatur quia non potest facere adiournari illum cuius nomine littere uendicionis facte fuerunt propter annum qui lapsus est, uel saltem ita momentum restat quod non posset adiournamentum suum facere, execucionem demandari; et ita restringitur propter consuetudinem que est contra iura communia.

Tercia conclusio²⁵⁶ sit hec quod, si uendicio sit celebrata sub condicione, tunc annus computatur non a tempore celebrati contractus, set ab euentu condicionis; et pro hoc l. Cum notissimi § Illud C. de prescrip. xxx. uel xl. an.²⁵⁷.

Item: quia non ualenti agere non currit prescripcio, l. i. § fi. C. de anna. exp.²⁵⁸, l. Semper § Annus ff. quod ui aut clam²⁵⁹. Casus est in simili, l. i. § Annus ff. quando acti. de peccu. est annua.²⁶⁰; pro hoc etiam l. Bouem § pe. et fi. de edili. edict.²⁶¹.

Nec obstat quod in contractibus adueniente condicione retractus retrahitur, l. Pociori 2^o responso ff. qui po. in pig. ha.²⁶², l. Quod si pendente ff. de peri. et com. rei uen.²⁶³, quia uerum est preterquam ad prescripcionem quia non retro trahitur quoad prescripcionem.

254 *in margine*: nota

255 consilii] *ms.*: consilium

256 *in margine*: 3^a conclusio

257 C. 7,39,7,4

258 C. 7,40,1,2

259 D. 43,24,15,4

260 D. 15,2,1,2

261 D. 21,1,43,9 et D. 21,1,43,10

262 D. 20,4,11,1

263 D. 18,6,8*pr. in medio*

Nec obstat l. ii. § Biduum ff. quando appell. sit²⁶⁴, ubi uidetur casus in contrarium quia ibi dicit quod utile est tempus amputare etc., non autem necessarium. Alie sunt soluciones ibi in glosa²⁶⁵. Vel dic, et melius ut credo, quod ibi consideratur quod regulariter sentencie feruntur pure non sub condicione. Racio: si sub condicione ferantur, appellari debbit infra biduum uel triduum a tempore sentencie quia inspicitur quod frequenter fit. Et ratio rationis est ut in omnibus sentenciis sic uniformant tempus. Hoc de iste etc. [fol. 12v]

14. – Venio igitur ad decisionem principalis questionis²⁶⁶, que talis est: Consuetudine retractus presupposita rem immobilem ab emptore proximior deffuncti uenditoris heres oblato precio infra annum et diem retrahere uult; queritur an possit.

Sit hec conclusio quod sic. Et hoc uerum tanquam proximior non tanquam heres, quia antequam heres esset sibi competebat idem ius contra extraneum. Ergo non perdit quod sit heres; pro hoc l. Seya ff. de euict.²⁶⁷, l. Cum a matre C. de rei uen.²⁶⁸.

Nec obstat quod ibi potest agi de euictione uel quod potest reppelli heres pro hoc agens per exepcionem, quia ibi heres nomine uenditoris tenebatur de euictione, ideo repelli potest; secus in casu questionis quia non tenetur de euictione nomine deffuncti.

Non obstat contrarium quando dicitur quod «heres non potest in parte etc.», quia uerum est ut heres, set non ut heres sic. Vel potest dici quod non reprobatur uoluntatem deffuncti artanta consuetudine, ideo etc. Eodem modo non obstat l. Venditrici C. de re. alie.²⁶⁹ et l. Si ab eo C. de libe. cau.²⁷⁰, quia solue ut all. l. Cum a matre all.²⁷¹.

Et hoc de isto. Et per consequens de ista questione etc.

Explicit tractatus in materia retractus.

264 D. 49,4,1,5
265 gl. *Biduum*
266 *in margine*: Solucio principalis questionis
267 D. 21,2,73
268 C. 3,32,14
269 C. 4,51,3
270 C. 7,16,7
271 C. 3,32,14